Et quia volumus quod nulli forensi maius salarium accipiat in civitate quam nostri civibus in eorum terris accipit ordinamus quod pro qualibet salma in equali valentia et extimatione accipi possit et debeat tantum pedagium quantum pro qualibet salma alibi accipit in terris civibus et de qualibet re. Et quicumque mercator duxerit salmas vel bestias in civitate castelli vel eius districtu teneatur eorum pedagium solvere sicut emisset in civitate res predictas et pasageriis qui colligunt pedagium teneantur dare novem denarios pro qualibet salma in hospiti domus in qua hospitatur qui solverit pedagium cum rebus de quibus pedagium est solvit. Et nullus qui habet ius colligendi pedagium pedagium accipiat ab aliquo cive nostro vel comitatense et si contrafecerit solvat comuni pro pena centum libras denariorum possit denumptiari sicut pedagium sibi fuit acceptum. Et quod quicumque habet ius colligendi aliquod pedagium in comitatu civitatis castelli teneatur et debeat illud colligere in illis locis in quibus habet ius colligendi et non alibi pena quinquaginta librarum denariorum pro qualibet vice qua contrafecerit et quilibet possit accusare et denumptiare palam et secrete ac contra facientes possit inquiri per quoscumque offitiales dicti comunis. Item quod potestas infra primum mensem sui regiminis teneatur facere venire coram se omnes et singulos habentes ius aliquod colligendi pedagium in comitatu civitatis predicte. Et illud ius vendere et si habet ius colligendi pedagium debeat et teneatur eos compellere et constringere omni modo et forma quibus melius poterit illud ius vendere dicto comuni pro iusto pretio si sponte vendere nollet salvis ordinamentis gabelle

De quibus rebus pedagium non solvatur Capitulum lxi

Quicumque habet ius colligendi pedagium non possit pedagium colligere de blado de pullis farina caseo pomis venalibus et ass[illegible] pena [illegible] denariorum.

De statera comunis habenda Capitulum lxii

Volumus et ordinamus quod potestas teneatur ponere unam stateram et eam vendere pro comuni et nullus debeat ponderare nec pesare ad quadernam a sex libris supra sine statera et quicumque contrafecerit solvat comuni pro pena quinque solidos denariorum de quo teneatur sub sindico respondere. Salvo quod singuli volunt ponderare possint res quascumque suas non venales vel non alienandas. Et quicumque emerit dictam stateram ipse vel alius cui commiserit iuret legaliter ponderare et si contrafecerit sol.

9v

dictum baiulum. Et quod quicumque emerit dictam stateram teneatur habere unum
librum rationum in quo scribat pondera pena decem sol. den. cuius banni me-
dietas sit comunis et alia medietas accusatoris. Item dicimus quod quicumque vult
ponderare cum rubblo emendo et vendendo possit et rubblum non vendat.

De quibus mensuris ematur et vendatur — Capitulum [illegible]

Item dicimus et ordinamus quod vinum oleum calcina sal et bladum non
vendatur nisi barilibus signatis stariis et aliis mensuris signatis
ad mensuram petre que est sub logiam comunis seu ante palatium comunis, salvo quod
tempore vendemiarum possit vendi cum congiis barilibus signatis et non. Qui
vendentes oleum non teneant aliquem liquorem per quem possit oleum fal-
sificari. Et quod bladum vendatur et ematur ad rasum, spelta non vendat-
ur ad coretem. Item quod sit licitum volentibus signare dictas mensuras facere
petere et accipere eam signatam dummodo qui tenebunt eas teneant ipsas bonas
et legales ut dictum est. Et qui fuerit inventus contrafacere vel fecisse condempnetur
per dominum potestatem in centum sol. den. Et potestas bis in anno faciat scrutari
et inquisitionem facere de predictis et quos culpabiles invenerit condempnet in dicta quantitate.

Qualiter mensuretur bladum — Capitulum [illegible]

Item statuimus quod omne bladum mensuretur ad rasoriam et non
[illegible]
aliter excepta spelta. Et idem quod in spelta servetur in remolo casta-
[illegible]
neis nucibus et glandibus et contrafaciens puniatur pena quadraginta sol. den.
per quecumque offitiales comunis.

Ordinamus et dicimus

De stratis vicinalibus reparandis — Capitulum [illegible]

Ordinamus et dicimus quod potestas regiminis faciat omnes stratas vicinantias
et omnes terras que placebunt dominis prioribus propriis expensis comunis
ita quod mercatores possint secure ire et redire cum eorum mercantiis et in ipsis
contineatur expresse quod publice banniatur per eorum terras et loca ipsorum convicinorum
presentis placuerit, quod si quis contraxerit cum aliquo cive ad suum usum
et fortuna contrahat quod civitas castelli ullo modo contra talis contractum
teneri intendit, sed soli cui datur vel concedit vel acquirat et tantummodo a
ab eo petatur et debeat nuntius reficere responsum et banniterio in scriptis

si potuerit habere. Additum est huic capitulo quod potestas teneatur primo mense sui regiminis facere consilium generale et populi et in eo proponere quod placet consilio providere super reprisalliis concessis contra singulares personas civitatis et quod in ipso consilio reformabitur teneatur executioni mandare.

Capitulum

De represaliis communitatibus et communibus pro satisfactione civium nostrorum debitis

Item statuimus et ordinamus quod si potestas receperit queremoniam ab aliqua persona huius civitatis qui diceret aliquid sibi deberi ab aliquibus terris vel locis et illud non possit consequi vel habere teneatur potestas requirere consules vel rectores vel maiores illius loci in quo diceret aliquid sibi deberi vel acceptum fore per nuptios vel literas communis ut satisfaciant degravato vel robato nostre terre. Et homines secure cum eorum rebus et sine impedimento accedant et vadant in personis et rebus. Quod si non satisfecerint nostro civi vel noluerint de iure respondere teneatur recuperare accipere et tenere et retinere personam pro persona et res pro rebus hominum illius loci sine aliquo alio processu in predictis fiendo. Et si nostri cives habere poterint licentiam de iure constitutum secure vadat et mictant ad petendum et recuperandum personam pro persona et res pro rebus. Et si predicta consequi non possent concedatur suis civibus licentiam represaliandi et debitis hominum dicti loci et in personas pro personis ita plene donec eis satisfiant secundum modum eius quod deberent et rerum deceptarum et dapnorum et expensarum factarum ab eis. Et teneatur facere predicta sive suo tempore requisiti fuerint vel per predecessorem suum sine alia aliqua requisitione relatione ambaxiatorum facta. Et quod ad petitionem quorumlibet civium nostrorum qui docuerint et ostenderint suo iuramento aut per literas aut per publicum instrumentum sive per alias probationes se principalem aut fideiussorem apud aliquem qui non sit castellanus per aliquo vel aliquibus forensibus vendentium et dapnum sustinuisse ex causa dicte principalitatis fideiussionis aut obligationis teneatur potestas concedere eidem licentiam represendendi contra illum vel illos et eorum heredes pro quo sive quibus se obligaverit principaliter vel fideiussionis nomine et eorum fideles homines et bona predictorum et civitatis et loci de cuius iurisditione erunt ille persone pro quibus se obligaverit seu principales vel fideiussores se fecerint. Et de dapno habito ex principalitate seu fideiussione stare stet et credat

nostrorum civium qui dixerit se ipsam principalitatem seu fideiussionem et dampnum
sustinuisse non obstante aliquo capitulo constituti seu reformationis factis et faciendis
Et si potestas predicta non fecerit solvat de suo feudo quingentas libras denariorum in quibus
condepnetur per sindicum comunis et a predictis non possit absolvi nec absolutionem petere et
quod nulli sit licitum consulere in contrarium ita tamen quod antequam concedatur licentia re
presendendi predictam probationem et requisitionem proponat in consilio generali et postea si
placet quod dicta concessio fiat. Item si aliquis acceperit aliquid alicui nostro civi potestas
teneatur talem accipientem ad petitionem illius qui dampnum passus est
quousque sibi erit satisfactum. Et teneatur potestas ad petitionem cuiuslibet petentis de
civitate vel districtu cui vel quibus concessit licentiam represendendi vel concessa
fuit predecessores contra quascumque personas certe vel universitate loci vel terre in
comitatu visa et obstensa dicta licentia per predecessores data et concessa sine aliqua
requisitione denoue fienda dare parabolam illi vel illis qui habent licentiam
represendendi quod possint represendere in persona et rebus contra illum vel illos contra
quem vel quos eis vel aliis eorum data esset licentia represendendi. Et hoc capitulum
sit precisum et mutari non possit in aliqua parte sui. Item quod si contingerit ali
quem civem civitatis in aliqua terra represendi occasione alicuius contractus vel
pene vel facti celebrati vel commissi per aliquem civem nostrum vel eius occasione cuiuslibet alio
forense vel in aliquem forensem personis et ille talis talis represensus passus
fuerit aliquod dampnum quod tunc potestas ad petitionem talis represensi seu dapnificati
teneatur et debeat illum talem vel eius heredes seu generales possessiones bonorum
dicti talis compellere cum effectu ad satisfactionem dicto represenso de sorte dampni
et expensis et represallias concessas tolli facere eius occasione ad petitionem cuiuslibet
petentis. Et si nullus fuerit represensus, hoc salvo quod si illi cuius occasione
represallia dicetur esse concessa, habet defensionem iure legitimam et eam legitime
probaverit et ostenderet quod tunc non teneatur neque debeat compelli ullo modo.

De represaliis concedendis — Capitulum [illegible]

Item statuimus et ordinamus quod cum temporibus exortia civitate et comitatu castelli
indebite et sine causa in civitatibus castris dicte civitati propinquis aggrava
terrigium sive civibus dicte civitatis et locacio ipsius personali capti et de ipsorum

pprijs bonis derobati fuerint 7 detempti donec se pro certa qntitate pecunie redi
meret quare statuim 7 ordinam q ad petitionem cuiuslibet predictis derobatis facta per eius
fide legitima potas 7 maior sindicus 7 qulibet eorum pro parte comunis castelli teneat
7 debeant mictere licteras ad ciuitatem 7 loca in quibus talis robbaria pssa fuit
7 redemptio facta fuit qtinet q talibus ciuibus castellanis integre satisffiat de
rebus derobatis 7 pecunia soluta octauo pena 7 si satisffactum non fuit ipsi
potas 7 maior sindicus teneant eidem dare represallias qtra homines 7 personas
dictorum ciuitatum 7 locorum ex quibus represalliis possit ille cui concesse fuint pro
represallie capere repsendere 7 retinere personas dictorum locorum 7 eorum bona usque
ad integram satisffationem rerum derobatarum qntitatum solutarum octauo pena 7
dapnorum 7 interesse. Et si predicti potas 7 maior sindicus fuerint negli
gentes 7 ea omnia executioni non mandauerint perdant de eorum salario centum
libr den. Saluo q predicti loci non beant qtra aliquam terram cum qua facta
fuit pax uel remissio iniuriarum nec sequaces eorum aliquo capitulo posito
uel ponendo in contrarium loquenter

I· De concessione represaliarum datis hominibus Caplm lxvm

Item statuim 7 ordinam q dns potas 7 eius judex 7 ceteri offitiales be
ant 7 habere debeant rata 7 firma omnia instrumenta 7 literas 7 licentias
datas 7 concessiones a potestate uel judice alicui uel aliquibus de ciuitate castelli
uel eius districtu de uoluntate consilij generalis 7 populi qtra aliquam personam seu
seu locum vniuersitatem 7 aduersus bona 7 res bonorum vniuersitatis loci seu
terre 7 in nullo qtrafaciant dictam et q potas non possit nec debeat qce
dere denouo licentia represendendi in vltimis duobus mensibus sui regiminis
sine uoluntate 7 licentia consilij generalis 7 populi uel maioris partis 7 si qcederet
non ualeat Et hoc capitulum sit precisum 7 mutari non possit 7 de constituto
in constitutum ponatur Et q nullus possit represendi qui soluit datum seu col
lectam cum precus 7 possessionibus quas habet 7 habitat in comitatu ciuitatis castelli
Et nullus qui deferret aliqua victualia ad ciuitatem in auere 7 persona
represendi non possit tunc quando defferet bladum uel alia victualia in salma

in eundo stando 7 redeundo dicti occaxion. Et qd si aliqua psona ciuitatis ul comitatus castelli debeat aliqd recipe ul hre ab aliqua vniusitat ul comit alicui alti ciuitat ul loci ul spalib psonis illius loci ul vniuesitatis debeant requiri p lras ul ambaxiatores ad petitiez cuilibz debentes recipe qd satisfaciant ciui nro debenti recipe. Et qd debeant eis suare ius p suo credito osequedo 7 recipiendo quale 7 eo modo quo suat i ciuit castelli Et si hec no fecerit aut facere distulerit extunc teneat potas tali nro ciui debenti recipe ocedere licetiaz represendendi de bonis hoiz 7 psonaro illi terre 7 loci donec eis fiat satisfactu de suo credito 7 expen

Predicta statt de repsalys no uendicet i locis in terris sbiectis Romane Ecclie de facto 7 iure.

predicta materia d repsaliis no ue dicat se ... locis terris subiectis romane eccle ... de facto 7 iure

De no utedo repsallis sine licetia dni potat 7 ipe capli lxviiii

Item qd Nulla psona possit ul debeat represendere ul repsallis uti ot aliqua psona ul comitatez occaxo repsallie ul licetie date ul da de sine expssa licentia i scriptis hita a dnis potate 7 priorib 7 quicuqz repsalias hit ot aliquem ul hicerit i futuru teneatur scribi facere notar reformat totu id qd hicerit 7 repndit ex ea adhoc ut sciatur quando satisfatio facta fiut opleta. Et qui otrafecerit odepnet p potatez i. xxv. libr den cort Et ius represendendi amictat Et pdta pubce bapni atur quolibz mese

De pactis iter nos 7 arpntonieses Caplm lxx

Statuiz 7 ordinaz qd potas 7 iudex 7 offitiales cois Ciuit castelli teneant obsuare oteta siue ouetnta 7 pacta iter nos 7 arpnton sicut scripta reptiunt p Iohanem notm adhoc ut pte eor obsuentur que nobis pmisunt.

De ecclys 7 locis Religiosis 7 stratis manutenedis Caplm lxxi

Item statuiz 7 ordinaz qd potas teneat manutenere omes 7 singlas ecclias 7 hospitalia 7 loca religiosa ciuitat 7 district 7 bona eor saluis caplis que otinetur i fra. Et teneant manutenere omes stratas 7 uias publicas 7 vicinales ciuitat 7 districtus 7 diuz qui hitabunt p tpe i eadem 7 qui sut 7 erut i omib 7 p omia ad mandata potatis 7 cois sine omi fraude 7 i omib obsuare statuta ubi loquit 7 ubi sta

cassetur qr ... ...

ntum non loquitur quibus commune tamen pertinet ista decretum. Quod potestas et ceteri officiales communis defendant bona domum et possessiones fratrum de ordine predicatorum de civitate Castelli. Capitulum [illegible]

Ad honorem et reverentiam omnipotentis dei et beate Marie semper virginis et gloriosi ac beati sancti Dominici, dicimus et ordinamus quod potestas et ceteri officiales communis civitatis Castelli teneantur toto eorum posse manutenere et defendere et disbrigare ab omni gravamine et honere bona omnia et domos et terras et loca territorii et possessiones omnes datas et concessas ex causa donationis per commune civitatis Castelli sive per sindicum communis predicte civitatis fratribus predicatoribus de ordine sancti Dominici civitatis Castelli pro loco ipsorum fratrum construendo sicut de ipsa concessione et donatione constat per publicum instrumentum factum manu Brodarii notarii et etiam concessa que et concedenda a dicto communi in omnibus dicti communis sumptibus et expensis. Nec non donationem fratri Ugolino ordinis supradicti scriptam manu Brodarii supradicti. Et hoc capitulum sit precisum et mutari non possit nec contrarium poni aliquid contra ipsum. Et si quis contra arengaverit vel consulverit vel consilium dederit vel effecerit solvat nomine banni pro qualibet vice quinquaginta libras denariorum sine remedio appellationis solvere teneatur. Et hoc capitulum teneatur potestas poni facere de constituto in constitutum.

Quod concessiones facte de terris caufughe sint casse et ad commune dicte civitatis libere revertantur. Capitulum [illegible]

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singule concessiones hucusque facte de terris caufughe sint in totum casse et irrite et nullius valoris vel momenti et ad commune civitatis Castelli libere revertantur et fructus ipsarum terrarum et possessionum pro communi vendantur et plus offerenti dentur secundum quod generali et speciali consilio placuerit et teneatur potestas retinere terras dictas de caufuga et iura que commune habet in eis.

Quod hospitales denarios depositos pro opere ecclesie sancti Floridi restituant pro deposito que eas habuerunt. Capitulum [illegible]

Item statuimus et ordinamus quod cum quasi notum sit in civitate quod multi et quam plures homines de dicta civitate tanquam superstites et officiales in opere ecclesie sancti Floridi et operis ipsius habuerunt et receperunt temporibus retroactis plurimas et magnas pecunie quantitates in diversis vicibus deputatas.

ad opus murorum et ornamentorum dicte ecclesie de quibus constitutis et ipsarum receptione apparet
scripture et probationes clare et apte. Et ipsas quantitates pecunie prefati offitiales,
cum sine depositarii in opus dicte ecclesie minime converterunt sed in suos usus expen-
derunt in anime sue periculum et dicte ecclesie operis detrimentum non a quorum pro meliori ca-
vetur ad partes debitis loco et tempore declaranda, propterea statuimus et ordinamus quod ad
restitutionem dicte pecunie prefati depositarii et superstites compellantur per dominum potestatem
seu per dominum sindicum ad petitionem dicti superstitis vel alterius cuiuscumque persone simpliciter
et de facto sine ulla figura iudicii facta tamen legitima fide et probatione per scripturam vel
testes ita quod dicta pecunia convertatur in opere et ornamento dicte ecclesie. Et prefati illicite conver-
tores dicte pecunie liberentur a peccato. Et quod potestas vel maior sindicus ad petitionem
cuiuslibet persone cum notificatione palam vel secrete facta predicta teneantur executioni
mandare infra unum mensem post notificationem. De confirmatione immu-
nitatibus et concessionum privilegiorum concessorum et concessarum fraternitati pauperum sancte marie capitulum lxxvi.

Quoniam piis actibus operam dare animabus et corporibus afferat gratia salutem
et inter opera pietatis subventio pauperum laudabiliter commendetur prefati
et augmento fraternitatis beate marie de civitate castelli, constitute et ordinate ad
substentationem pauperum debilium infirmorum et omnium exterorum tam civium quam
peregrinorum statuimus et ordinamus quod potestas et maior sindicus et quilibet rector et offitialis
qui pro tempore fuerit in civitate ipsa teneantur et debeant quando iurant eorum offitia in
adventu ipsorum iurare quod manutenebunt fraternitatem et collegium ipsius et gubernabunt
et non permittent quod ipsa fraternitas et eius collegium vel eius bona mobilia et immobilia
iura et actiones in aliquo ledantur vel minuantur sed toto tempore salvabunt et recuperabunt
a quolibet detinente vel inquietante quotiens ab eis vel aliquo ipsorum Et quod petitum fuerit per
priores distributores vel sindicum fraternitatis vel alterum ipsorum, Et quod omnia privilegia
et immunitates et concessiones concessas et concedenda fraternitati prefate a communi civitatis ca-
stelli servabunt et cancellarius communis teneatur quando iurant sacramentum potestati sindico
et offitialibus narrare et recensere predicta inter alia capitula que narrantur in sacramentis
predictis, Et vigore statuti firmamus et stantiamus quod omnia privilegia immunitates et
concessiones hic retro concessa et concessiones dicte fraternitati pro communi dicte civitatis sint firma

et rata et plenam obtineant roboris firmitatem nunc et in futurum omni tempore. Ergo potestas
et maior sindicus et omnes offitiales communis in eorum offitiis teneantur et debeant priores distri-
butorem et sindicum dicte fraternitatis et quemlibet eorum in causis et controversiis et questionibus fa-
vorabiliter tractare audire et iudicare secundum formam vestrorum privilegiorum immunitatum et concessionum.
Et ne de privilegiis immunitatibus et concessionibus hic retro datis, datis et concessis dicte
fraternitati a communi civitatis Castelli sive de ipsorum et ipsarum robore et firmitate aliquatenus
revocaretur in dubitatum presentis statuto, eadem privilegia immunitates et concessiones firmamus
et roboramus in omnibus et per omnia sicut in ipsis privilegiis immunitatibus et concessionibus que
et quas presentes continetur concessis et factis hinc retro solutionem scripture apparet non obstante aliquo sta-
tuto vel ordinamento posito vel ponendo, facto vel faciendo. Et magis ac etiam nominatim
et expresse confirmamus et de novo concedimus dicte fraternitati quandam immunitatem et
concessionem sive privilegium datum et datam dicte fraternitati a communi civitatis Castelli in anno
domini millesimo trecentesimo primo indictione XIIII tempore pontificatus domini Bonifatii octavi die
XXIII decembris per consilium populi dicte civitatis in domibus episcopatus in quibus morabantur tunc
priores populi. Et de hiis apparet scriptura publica scripta manu fratris Alberigi Badini
de colle tunc notarii reformationum dicti communis. Item quandam aliam immunitatem et concessionem
seu privilegium datum et datam dicte fraternitati a dicto communi in anno domini millesimo trecentesimo
secundo indictione XV tempore domini Bonifatii pape octavi die XXIII mensis maii per consilium
populi et priores et vexilliferum tunc morantes in domibus filiorum Vilane et nunc sunt dicti
communis que sunt in platea, et ut de hiis apparet per eundem fratrem Alberigum notarium. Item confirmamus
et roboramus quandam aliam immunitatem et concessionem sive privilegium datum et datam dicte
fraternitati per consilium populi dicte civitatis et per priores et vexilliferum qui tunc erant in officio
in anno domini millesimo trecentesimo tertio indictione prima die XXVIII mensis augusti ponti-
ficatus domini Clementis quinti in domibus Capituli ubi morabantur tunc priores populi
ut de hiis apparet per eundem fratrem Alberigum notarium. Item firmamus et roboramus quandam
aliam immunitatem concessionem sive privilegium datum et datam dicte fraternitati a consilio
populi civitatis et prioribus populi tunc existentibus in officio in domibus populi que sunt
in platea dicte civitatis in anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo indictione quinta
tempore domini pontificatus domini Iohannis pape vigesimi secundi die XXVI mensis octubris ut

de hiis apparet per dictum ser Aczerigum notarium. Item confirmavit et roboravit quasdam alias
immunitates sive privilegia datas et concessas sive data et concessa dicte fraternitati
a comuni dicte civitatis per consilium populi et priores tunc existentes in domibus populi et palatii
dicte civitatis, facta de hiis primo concessione per priores consilium sapientum adiunctorum
in anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione quinta, tempore pontificatus
domini Johannis pape .xxii. die .vi. mensis februarii, et postmodum facta ratificatione et
plenaria concessione de predictis immunitatibus concessionibus et privilegiis per priores
et consilium populi sub dictis millesimo indictione et pontificatu die octava mensis februarii
in domibus populi supradictis ut de hiis plene apparet publica scriptura manu
ser Aczerigi notarii subscripti. Item firmavit et roboravit quandam aliam concessionem
seu confirmationem immunitatum concessionem et privilegiorum dicte fraternitati factorum per
consilium vigintiquatuor comunis civitatis predicte in palatio dicti comunis, in anno domini
millesimo trecentesimo vigesimo quinto, indictione octava, tempore domini Benedicti pape
vigesimi primi, die secundo mensis Januarii Junii ut de hiis apparet publica scriptura
manu ser Berardi Ruberti de Belcuctecri notarii et tunc cancellarii dicti
comunis. Item statuit et firmavit ad hoc ut distributio elemosinarum inter pau-
peres Christi non fraudetur et ne relicta dicte fraternitati facta deperreant
quod notarii civitatis et comitatus et in civitate et comitatu habitantes qui rogati
fuerint vel erunt in futurum de aliquo relictu vel legato in ultima voluntate
quocumque titulo institutionis substitutionis vel legati seu donationis causa
mortis vel inter vivos in quocumque contractu, quod et que ad predictam fraternitatem
pertineret seu pertinere vel spectare videretur quocumque modo teneantur et debeant
infra unum mensem dare et tradere prioribus distributori seu sindico dicte fra-
ternitatis in scriptis et autentica dicta legata institutiones substitutiones et dona-
tiones et quoscumque contractus, et ad fraternitatem pertinentes et pertinentia ut supra
dictum est, computando a die quo sciverit predicta relicta et legata et concessa fore
firmitatem et valorem habere recepta inde competenti mercede, videlicet sex denarios
pro qualibet libra valoris eius quod relictum donatum legatum et concessum fuit et erit
dicte fraternitati usque .v. libras denariorum, et abinde supra quatuor denarios pro qualibet
libra, sub vinculo iuramenti, et ad penam centum solidorum denariorum et plus ad arbitrium

iudicantis p quolibet contrafaciente et quotiens contrafecerit in predictis et aliquo predictorum.
Item statutum et firmatum quod administratori procuratoribus et sindico dicte fraternitatis
fiat et reddatur ius omni tempore per offitiales et quascumque personas in petendo et
recipiendo non obstante aliquo statuto facto vel faciendo et maxime statuto quod loquitur
de fereis et statuto quo cavetur quod non reddatur ius alicui hic ad talem tempus
etc. sicut dictis ipsi satis. Item statutum et ordinatum est quod infra unum mensem
post aperturam presentium statutorum rectores dicte fraternitatis teneantur et debeant
in consilio maiori dicte fraternitatis eligere et eligi facere eo modo et ordine quo ipso
consilio videbitur convenire unum bonum et ydoneum sive laycum vel religiosum
qui sit distributor elemosinarum dicte fraternitatis et sit sindicus dicte fraternitatis
cum pleno mandato cuius offitium durret per tempus de quo fuit in concordia dictum consilium
in quo consilio debeant esse saltim .xxx. exceptoribus (?) rectoribus. Item provisum
est quod dicti distributores non possint expendere aliquid de bonis dicte fraternitatis
ultra quantitatem .xxx. solidorum sine voluntate rectorum. Item quod omnes notarii dicte
fraternitatis scribant per nomen fraternitatis et aliter recipi non possint. Item
quod omnia bapna que mictuntur per civitatem de vendendo bona fraternitatis
fieri debeant de mandato rectorum et aliter non. Item quod notarii teneantur et debeant
pro amore dei dare notulam sindico fraternitatis de qualibet scriptura pertinente
ad dictam fraternitatem videlicet testamenta et codicillos et donationes causa mortis
et generaliter de qualibet scriptura cum millesimo et mense et persona et quantitate relicta
sine autentico ad hoc ut dicta fraternitas possit se providere de suis iuribus
et scribere in libro memorie dicte fraternitatis. Et etiam teneantur notarii ostendere
sindico dicte fraternitatis quolibet anno semel rogita rogata infra annum
sine aliquo pretio. Item statutum est quod si quando contingit rectores fraternitatis
velle rem (?) per civitatem querendo pretium pro aliquo carcerato teneantur
custodes dictis rectoribus tradere sub eorum fide et securitate talem car-
ceratum et pretium quesita tali occasione scribatur apud fraternitatem et sit
pro adiutorio dicti carcerati. Et quod dicti rectores teneantur dictum carceratum
eodem die reassignare seu reassignari facere dictis custodibus. Item quod
nullus debeat in pignus accipere cruces, callices, turabulos paramenta

libros seu huiusmodi res aut thesauros ecclesiarum ad misterium ecclesiasticum et divinum offi-
tium et exercitium deputatas per .xxv. libr(as) den(ariorum) pro quarum depositis in pignus acceptis
a quacumque persona que res licite possint per dictos ex parrochia reperiri a quolibet
detemptore absque ullo pretio ei dando. Et potestas inquirat et faciat observari predicta. Item
provisum est quod bona libellaria data seu relicta dicte fraternitati quocumque modo
per quacumque personam que tempore donationis inter vivos seu mortis tempore relinquentis
per dantem seu relinquentem detinebantur sub proprio aliorum nomine ipso iure sint et
intelligantur que ad possessionem dicte fraternitatis et communis esse fuisse sicut ut est non
corporali per dictam fraternitatem apprehensa possessione in quibus bonis nullius ius em-
phyteoticum acquisitum preiudicet dicte fraternitati quominus dicto iure possessionem ponat
proprietatem et eius officiales et fructus et redditus inde percepti restituantur dicte fraternitati
et non audiatur eorum iura eam contendens de proprietate dictorum bonorum nisi post rela-
xationem possessionis et restitutionem fructuum predictorum. Et hec locum habeant ad preterita et
presentia et futura. Item statutum est quod rectores fraternitatis possint eligere duos
offitiales qui faciant fossas mortuorum civitatis. Et debeant habere salarium secundum
discretionem syndici seu dictorum rectorum considerato labore dictorum offitialium. Et teneantur
cum dupleria dicte fraternitatis tempore funeris portare. Qui offitiales dicti sint exempti
ab omni onere dicti communis. Item provisum est quod rectores dicte fraternitatis possint
visitare hospitalia communis et hospitalarii teneantur recipere infirmos et in necessitate positos
ad petitionem dictorum rectorum seu distributorum quotiens dictis rectoribus videbitur
considerata possibilitate cuiuscumque hospitalis. Et si dicti hospitalarii erunt negligentes
in predictis quod dicti rectores possint eos discrete corrigere et eis possint ordinem eis dare
prout eorum discretioni videbitur qualiter pauperibus serviatur. Item quod dicti rectores
auctoritate habeant et bayliam eligendi unum notarium qui possit et valeat scribere et
exemplare omne privilegium dicte fraternitatis et contractus dicte fraternitatis cui suprascripto
debeat dari fides ac si esset auctoritate iudicis publicatum.

De immunitate medicorum — Capitulum lxxvii

Ordinamus et dicimus quod omnes et singuli infrascripti medici sint immunes ab omnibus
factionibus et servitiis communis personalibus impositis et imponendis et datiis generalibus
imponendis per libra persone eorum tamen nomina illo tempore medicorum sunt hec videlicet

Jud. appellationis possit et debeat predictas probationes recipere ut supra dictum est.

Quando cause appellationis terminentur. capitulum LXXXXVII. xcvii.

Item statuimus et ordinamus quod Judex appellationis cognoscere et terminare debeat et sumarie omnes appellationes vna uel plures ad eum deuolutas et factas seu deuoluendas aut faciendas diffinitiuas super quibuslibet causis infra quadraginta dies continuos postquam appellatio interposita fuerit quam quilibet appellans teneatur porrigere ipsi iudici infra decem dies numerandos a die late sententie. infra quod tempus si non appellauit et appellationem non porrexerit non audiatur appellans Et si terminata non erit appellatio data infra dictum tempus quadraginta dierum rata maneat sententia. Item quod Judex competitus victoris uel illius contra quem appellatum est teneatur facere produci in acta eius appellationem et appellat appellatorem procedere infra terminum dictum a Judice assignandum Et quod si dictus Judex infra dictum tempus non sententiauerit et negligens fuerit condempnetur per sindicum suc(cessorem) (?) in decem libris denariorum quotiens contra fecerit xl. ... xxx

Quod infra decem dies appellationes super interlocutoriis terminentur. capitulum LXXXXVIII. xcviii.

Item statuimus et ordinamus quod Judex appellationum teneatur cognoscere et terminare ac diffinire omnes appellationes vna uel plures super grauaminibus et preceptis et interlocutoriis infra decem dies continuos tempore quo dicta appellatio fuerit porrecta quam quilibet appellans facere seu Judici delegato commissa ea causa quo [?] non esset maior Judicibus aut Judex appellationum uel ex grauator. et porrigere teneatur infra duos dies numerandos a tempore grauaminis precepti uel tempore interlocutorie facte et citius si fieri potest quod dictus Judex facere possit omni solempnitate obmissa et ordine Juris non seruato. dummodo hoc fiat ex preceptis. et si non fuerit terminata infra dictum tempus rata maneat sententia. Item dicimus quod in appellationibus ab interlocutoria interponenda causae grauaminum de necessitate non exprimantur

Excepta interlocutoria que habet vim diffinitiue quod determinet ut diffinitiua.

De feriis estatis et vendemiarum et diebus feriatis. capitulum LXXXXVIIII. xcix.

Item statuimus et ordinamus quod ferie estatis et uendemiarum obseruentur hoc modo scilicet. Quod ferie estatis sint a kalendis Julii usque ad festum sancti bartolomei de mense augusti. Ferie uero uendemiarum incipiant et incipere debeant die xv. mensis setembris et finire die xv. mensis octubris. Et ordinamus quod Judex bancarum teneatur et debeat diebus iuridicis omnes tam [?] quam ciues stare in palatio ad ius reddendum continue exceptis infrascriptis diebus qui feriati sunt. Et primo de mense Januarii. Prima dies circumcisionis domini cum diebus sequentibus usque ad epiphaniam. Dies pasce epiphanie que est dies vi. dicti mensis. Festiuitas sancti antonii abbatis que est dies xvii. dicti mensis. Festiuitas sanctorum fabiani et sebastiani que est dies xx. dicti mensis. Conuersio sancti pauli que est dies xxv. mensis predicti. Festum sancte agnetis que est xxi. huius mensis.

De mse februarij. Vegilia sce marie. die pma dci ms. Festu purificationis
sce m. die sa dci ms. Festu sci blaxij. die tcio ms pdci. Festu sce agathe
die qnto ms pdci. Festu Catedre sci petri die xxij ms andci. Festu sci ma
mathie. die xxiiij msis plibati.
De mse marcij. Festiuitas sci Tome. die vij ms pdci. de agno Festiuitas
sci gregorij pp. die. xij. ms dci. Festiuitas sci benedicti. die xxj ms andci
Vigilia sce marie uginis die xxiiij ms plibati. Festiuitas sce marie. die
xxv. msis pdci.
De mse aprelis. Festiuitas sci Georgij die. xxiij. Festiuitas sci marci
euangeliste. die xxv. Festiuitas sci petri martiris de ordine predicatorum
die xxviij. dci msis.
De mese. May. Festiuitas scorum phylippi et iacobi. die pma. Festu sce
crucis. die tcia. Festiuitas sci Johis ante porta latina. die. sexta Festi
uitas sci michaelis angeli die. viij. dci msis.
De mse Junij. Festiuitas sci barnabei die xj. Festiuitas sci Juliani.
die xxij. Festiuitas sci Johis batiste. die xxiiij. Festiuitas scorum Johis et
pauli. die xxvj. Festiuitas sci leonis pape die xxviij. Festiuitas scorum
petri et pauli die xxviiij. Festiuitas sci fortunati. die ulto dci msis.
De mse Julij. Festiuitas sci Jnluminati die viij. Festiuitas sce margarite
uirginis die. xx. Festiuitas sci alessi. die xvij. Festiuitas sce marie
madalene. die xxij. Festiuitas sci apolenaris. die xxiij Festiuitas scorum Jacobi
et felippi. die xxv.
De mse augusti. Festiuitas sci petri ad uincola die pa. Festiuitas sci
dominici die qnto. Festiuitas sci donati die septia. Festiuitas sci laurentij
die x. Festiuitas sce clare. die xij. Vegilia sce m. uginis die xiiij.
Festiuitas asuptionis eius. die xv. Festiuitas sci bernardi. die vigesima
Vegilia sci floridi die xxj. Festiuitas sci floridi die xxij. Festiuitas sci
bartolomei. die xxiiij Festiuitas sci augustini die xxviij Festiuitas decollate
sci Johis batiste die xxviiij.
De mse setbris. Festiuitas sci Egidij. die pma. Festiuitas sce m. uginis.
die. viij. Vegilia eiusdem. die. vij. Festiuitas sce crucis. die xiiij Festi
uitas sci mathei apostoli et euangeliste die xxj. Festiuitas sancti Jero
nimi. die ulto dci msis

De mense Octubris. Festivitas beati Remigy die prima. Ad cuius honorem et reverentia et ad commemorationem et memoria recuperationis nostri status per expulsionem tirannice pravitatis petramalensium. Festivitas sancti Francisci die quarta. Festivitas sancti Luce die xviii. Festivitas sanctorum Symonis et Jude die xxviii.

De mense Novembris. Vigilia omnium sanctorum die ultima octobris. Festivitas omnium sanctorum die prima novembris cum sequenti die officii mortuorum. Festivitas sancti Martini die xi. Vigilia sancti Floridi die xii. Festivitas sancti Floridi die xiii. Festivitas sancte Cecilie die xxii. Festivitas sancte Chaterine die xxv. Festivitas sancti Andree apostoli die ultima dicti mensis.

De mense decembris. Festivitas sancti Nicolai die vi. Festivitas sancti Ambrosii die vii. Festivitas conceptionis beate Marie Virginis die viii. Festivitas sancte Lucie die xiii. Festivitas sancti Tomey apostoli die xxi. Vigilia nativitatis domini nostri Yhesu Christi die xxiiii. Festivitas nativitatis eiusdem die xxv. Festivitas sancti Stefani die xxvi. Festivitas sancti Johannis apostoli et evangeliste die xxvii. Festivitas innocentium die xxviii. Festivitas sancti Tomassi archiepiscopi die xxviiii. Festivitas sancti Silvestri die ultimo.

Item volumus quod in honore dei sint feriati omnes venerabiles dies solis qui domenicales vocantur. Et etiam omnes dies veneris, salvo quod in dictis diebus veneris possint in causis allegationes fieri et in causis appellationum procedi. Dies et pasce resurrectionis domini nostri Yhesu Christi cum septem diebus precedentibus et cum septem aliis diebus sequentibus pro feriatis omnino habeantur. Item dies tres rogationum. Dies ascensionis domini. Item pascha pentecostes cum duobus diebus sequentibus. Item festum corporis Christi. Firmamus et volumus quod diebus quadragesimalibus et quatuor temporum et aliis quibus homines ieiunare tenentur, sedere debeat ad ius reddendum semel in die tantum a mane usque ad horam none, et si quis eorum contra fecerit condempnetur in C. solidis denariorum.

Quod porcos proponat in consilio generali de modo reficiendi apparatum. Capitulum. [C]

Casso quia non vendicat sibi locum

Item statuimus et ordinamus quod singulis annis porcos ipsi debeant proponere in consilio ipsorum et sexaginta de modo reficiendi apparatum comunis.

Quod quicumque dixerit se gravatum a fideiussore non teneatur compromittere. Capitulum. [C]i

Item statuimus et ordinamus quod quicumque dixerit se gravatum a fideiussore suo sive ab illo qui se pro eo vel eis obligatus esset quacumque de causa, a die kalendarum xxiii mensis octubris et ab inde citra per totum annum, quod ille qui fecit illam fideiussionem vel obligationem compelli non possit quod dixerit se gravatum fuisse a dicto suo fideiussore. Judex domini

16v

potatis teneat cogi face cumicte in amicos de iure et de facto non obstante aliquo precessu
facto contra talem principale.

De eo qui dixerit se gravatum occasione precessus facti in curia domini Fagioli capitulum CXV

Item statuimus quod quicumque dixerit se gravatum fuisse occasione fine seu precessus alicuius facti in
curia domini Fagioli quod potestas et iudex ad petitionem illorum qui dixerit se gravatos fore occasione dictarum finium
et precessuum facere cumicte in amicos teneatur.

Quod nemo iteret possessionem rerum ad se venditarum capitulum CXVI

Item statuimus et ordinamus quod forma forma ipsius petitionis: Coram vobis domino statutore civitatis castelli quod vobis
placeat statuere et inter alia statuta ponere quod quicumque de civitate et comitatu castelli vendidisset alicui
persone de ipsa civitate vel comitatu aliquas possessiones res immobiles et talis emptor post dictam venditionem
possessionem dicte rei habuit et ea possederit quod non liceat tali venditori vel suis heredibus propria auctoritate
possessionem dicte rei accipere vel reabere. Et si quis huiusmodi possessionem recepisset dictorum venditorum
vel suorum heredum reacipisset vel reaberet expellat de dicta possessione ad petitionem dictorum emptorum et suorum heredum.
Et quod potestas teneatur vinculo sacramenti dictum emptorem et suos heredes in possessionem dictarum rerum sic venditarum
reponere in pacifficam possessionem. et predicta locum habeant et in adiudicationibus rerum immobilium legiptime factis.

Quod creditor possit tenuta accipere de bonis sui debitoris capitulum CXVII

Item statuimus et ordinamus quod quando aliquis creditor aget contra debitorem ad debitum et ad eius petitionem facta
fuit prumptiatio contra ipsum debitorem et dato executore qui det tenuta si dictus baylitor
seu executor retulerit se nichil invenisse de bonis debitoris pro debito ex tunc dictus creditor
tale relatione facta per bayulum possit et valeat iure agere et procedere contra possessores et detemptores
bonorum dicti sui debitoris pro dicto debito vel eius parte pro quo non reperiret tenuta absque alia
excussione sive prumptiatione excussionis fiende. Baylitor vero qui dictam relationem fecerit
si aparuerit debitorem bona aliqua immobilia habere unde potuisset dari tenuta condepnetur
in decem libr. den.

Quod non possit opponi contra procuratorem quod non sit lege relevatus capitulum CXVIII

Item statuimus et ordinamus quod procuratores etatis legiptime tam actoris quam rei dummodo constituentes permictantur
de etati habitione et iudicatu sollicite admictantur per legiptimis procuratoribus. Et quod non possit
opponi contra eos quod non fuerit legiptime relevati.

Quod processo facto domino Bartolomeo de Pretamala sit nulla capitulum CXIX

Item statuimus et ordinamus quod forma ipsius petitionis cuius tenor talis est. Denante da voi statutari.
piacciave de provedere e ordinare che qualunche persona avesse venduto a veruno de quelli
de Pretamala o vero a daltri recevendo per alcuno de loro siano de niuno valore e po
ssano i decti venditori remectarse entenuta e empossessione sença niuna pena e sença

II

et si solutio fca eet ppte debiti. istrm ualeat ppte debiti no soluti. Si aut
pbabit solutio dci debiti ee fca i totu. p sacramentu. ul p testes. ul p istrm.
nullu reficiat istrm rogiti si cancellatu fuit ul exbapnitu manuto creditoris
ex eo, istrm nullo m reficiat. Dicim 7 q si aliq istrm guare ul aliud. iue
niret cancellatu psumat solutio debiti i istro qtenti ee fca. n ille cui istrm
diceret fuisse, noluit pbare p testes, q q ht istrm ei abstulit ul ancessori suo
ul q fuit ei furtiue aceptu. ul ipm amiserit. 7 siqua cancellatio fca fuit
manu notarij ualeat 7 teneat 7 stet scriptur notr etia si no eent testes. 7
teneat creditor 7 rogitu face cancellaq de quo qpletu eet istrm si debitor
petieit soluto debito, 7 ipm istrm pncipali debitori restitue, 7 restituj face
debitori cassu, i tribus locis cancellatu siue icisum 7 no sepercatu. ista tciam
diem adpets cuilz debitoris a die solutiois fce creditori. 7 si qt fecit creditor
qdepnetur i centu s d. et nichil pdca face qpellat. 7 ubu dare notr creditur.
ut ipm rogitu cancellet, 7 si ppt absentia notr remanseit faciat creditor
debitori finitione 7 istrm finit 7 qetatiois de ipo debito, 7 teneat face scribi
p notr quado restituit debitori istrm cancellatu. Et hec locu hant ad pps pts
et fictura.

Ut notr no qpleat istra ex rogitis cancellatis. caplm. lxxvj

Item statt 7 ordc q potas teneat punire quelz notr q ex rogitis cancellatis
sine uolutate debitois qpleuit istrm arbitrio ipi potatis, et dapnu eme
ndet 7 satisfaciat illi qt que factu fuit istrm, q substinuerit occ illi istri qpleti.
Si uo aliqua psona qrupit notr ptio ul pcibz alicui ad faciendu pdca. puniat
arbitrio potatis. Sigdem istrm qpletu fuit ul factu ex tali rogito cancellato
no teneat. n factu fuit 7 qpletu manuto. potatis. ul Judex i quo casu nullatenus
teneat. 7 sili m 7 pena eade puniat qrumpeos notr. et hec locu hant ad pps pts
et fictura.

De istris cois complendis. caplm. Lxxvij.

Item statt 7 ordc q potas teneat 7 faciat an se uenic oes notr qui fecerunt
istra, 7 exquirere ab eis qui hnt istra cois penes se qpleta u l qplenda
et sciat ab eis 7 siqua hnt restituat ea cam cois p coi. 7 que qpleta no sunt.
qplere. 7 qpleta restitue cam cois, 7 si potas fuit negliges i pdcis de suo fendo
pdat. xxv. lbr d. Et cam cois teneat illa istra que ad utilitate 7 necessitate cois
spectat ab eis notr recollige p coi 7 solue istra q ad utilitate 7 necessitate cois spectat.

et ab eis nott recollige p coi 7 ipa p coi ꝯsuare. 7 dare 7 solue p sal ipsoꝝ .x. s.
Et teneant nott q ista coīs rogauerint ipa ꝯpleta tpe eoꝝ offitij restitue com
coīs sine aliquo ptio. Et q potas teneat cogere nott ciuit 7 districtus 7 cogat
complere ista que debent. ad pet illi ul illoꝝ petiti cui ul quoꝝ fuit ul eent
ista que petunt ꝯpleri. ista etia die postq ei ul eis ul alicui eoꝝ fuit pre
ceptu. 7 postq eis fuit satisfactu de mercede 7 labore 7 q ꝯt fecerit soluat
viginti s d. 7 nichilo fac teneat.

Qd quilibz possit hre copia scripturaꝝ — capitulum — lxxviij

Item statuimus 7 ordinamus q si aliqd istrm ul scriptura ul rogitu e apud coe ciuit
castelli qd ul que prosit ul prodesse possit alicui de ciuit ul comitatu sive
ptineat ad ipm sive non. ad petit illi cui prosit teneat potas sibi face copiam
illi istri. rogiti. ul alteri scripture que petaret autenticam. Dum in no noceat coi
n pstet aliq ipedimitu ul grauam. no obstante aliq caplo ꝯstituti posito ul
ponendo. Et ide uolum fi 7 obsuari de oibz rogitis 7 scripturis penes quascuqs
psonam existentibz ut prosint ul prodesse possint alicui. fiat 7 fieri debeat ad pet
illoꝝ qbz psint ul pdesse possint iudici recepta tn ꝯpetenti mercede. Posito q ad
eos pncipalr no ptineat si sua itsit utilitas eisdem. et maxie hoc pcedat
cu petit exhiberi ad fide ueritatis alicui rei habenda que ueritas facilius com
prendi pot ul percipi ex tali rogito ul scriptura. 7 quado p ea qs pot facilius
demostrare q difficultas erat al pbatiuus.

Qui commederit ul biberit optime soluat — capitulum — lxxviiij

Item statuimus. q si qs comederit ul biberit aut hospitatus fuit i aliqua tabna ul hospi
tio i ciuit castelli 7 noluit solue 7 noluit solue tabnario ul hospitatori de hijs
comederit ul biberit ul palbergaria liceat tabnario ul tabnarie ul hospiti auferre
aut accipe pignus si huit pptit pect qua recipe tenet ex causis supdictis. Et si no
ydoneu pignus no huit possit illu tale expoliare 7 expelle de domo tabna sive
hospitio. Et pdca face possit sine pena 7 bapno. et potas no possit accusatu de pdcis
ul aliquo pdcoꝝ ullo m ꝯdepnare.

Qd habentes uia p domu alterius cogat cui e uia eā uende — capitulum — lxxx

Statuimus 7 ordinamus q si qs de ciuit ul comitatu het aliqua uiam ul iter p aliquam
domu alteri q potas teneat ad pet illi cui est dom coge eu cui est uia ea
uia uende ei cui e dca dom arbitrio duoꝝ uicinoꝝ bz uiroꝝ p qualz parte ad plu
ipi die faciendo quos uicinos dcs dns potas inuiat faciat dam extimatioem

facere bona fide per qualibet parte. Et predicta omnia locum habeant si ille cuius est talis via, habet viam
vel iter comode aliunde. sub pena decem librarum.

De rebus que venduntur per comune non emendis per offitiales. capitulum LXXXXI.

Item statuimus quod nullus de potestatibus qui pro tempore fuerint, nec eius filius. vel frater. vel aliqua
persona pro eo. nec aliquis offitialis forensis emat vel emi faciat, nec aliqua persona emat
pro eis. nec camerarius comunis nec eius notarius nec frater vel filius alicuius eorum nec aliquis pro eis durante
eorum offitio possit vel debeat emere vel emi facere aliquos equos comunis. vel bladum
vel aliquid aliud comunis quod per comune venderetur pena .XXV. librarum pro quolibet contrafaciente et qualibet
vice. et nullus pro eis vendere predicta teneatur. pena predicta.

De electione sindici maioris. capitulum LXXXXII.

Ordinamus et dicimus quod potestas post publicato statuto infra octo dies congregari facere
teneantur consilium .LXIIII. et .CL. simul. quo faciat eligi eo modo et forma quo predicta
consilia stantiabit. quendam judicem forensem. bonum legalem et expertum qui vocetur
sindicus comunis maior et judex appellationum et non sit de terra vel comitate de qua esset potestas
nec de terra que esset prope civitatem per .XXX. miliaria. nec potestas debeat eligi de terra de
qua esset sindicus. et debeat recipere suum offitium quam citius poterit. ~~Et debeat duobus~~
~~diebus ante receptionem sui offitii venire ad civitatem~~. et postea stare cum notariis
et familia sua tota ad eius offitium exercendum continuo omnibus suis sumptibus et expensis veniendo
stando et redeundo in personis et rebus, et esse debeant que sibi acciderint suo risico et fortuna, et
non comunis. et si non veniret aliquo casu fortuito vel impedimento ad offitium postquam acceptaverit
non comunis. et si non veniret aliquo casu fortuito vel impedimento ad offitium postquam acceptaverit
tempore, nullum inde salarium sibi acquiratur. et duret per sex menses eius offitium, et finitis dictis
sex mensibus alius eligatur eo modo et forma. Et debeat ducere et tenere secum continue dicto tempore toto
duos bonos et expertos notarios. unum super appellationibus imponendum. alium super exactione datiorum
et aliis offitiis eius committendis. et duos domicellos. decem ~~octo~~ bervarios bene indutos. et
unum equum ad dictum offitium exercendum. Et debeat habere per se notarios. domicellos et bervarios
et familia sua tota et equos, et pro toto suo offitio hoc et alio sibi commisso vel committendo pro toto
tempore sex mensium completo. mille libras denariorum cortonensium. Et finito dicto offitio debeat et teneatur continue
stare ad sindicatum quattuor diebus infra civitatem castelli coram successore suo sindico qui teneatur
cum diligentia examinare et sindicare secundum modum et formam qua sindicantur alii offitiales comunis
dum modo si infra tres dies libellus non fuerit porrectus reddita ratione exemplorum sui
offitii ipse sindicus qui habebat eum sindicare possit ex suo licentiam ei concedere et dare
recedendi ad domum suam sicut videbit. Et habere debeat dictus maior sindicus hospitium

Cancellatur a verbo Et usque ad verbo Et postea.

in quo morari possit ad suum offitium exercendum expensis comunis. Et quod in futurum electio sindici ma
ioris et judicis appellationum fiat tribus mensibus ante exitum dicti offitialis sindici in offitio pro tempore resi
dentis per consilium .lxiiii. et Cl. simul. ipsius dicte civitatis, ~~Et non possit nec debeat comedere~~
~~vel bibere cum potestate vel aliquo suo offitiali vel familiari, nec cum aliquo offitiali forense~~
~~dicte civitatis nec cum aliqua persona dicte civitatis vel comitatus~~. Et teneatur et debeat venire ad omnia
districtum castelli contra banna et ordinamenta et stantiamenta comunis. et possit eos cum rebus in fortia
comunis ducere et dominum potestatis. de quibus contrafacientibus et deveti nulla parte habeant

De non extrahendo bladum extra districtum civitatis cap. — CXLVIIII

Item statutum et ordinatum quod nulla persona civitatis vel comitatus castelli vel aliunde portet bladum extra
districtum civitatis castelli per se vel per alium. et si qua persona contrafecerit solvat comuni pro banno decem libr.
den. et perdat animal et bladum sive farinam. Excipimus eos qui ad domos eorum cum blado vel fari
na a molendino vel molendinis portaverint. et habentes sigillum ordinatum quod deferentibus
bladum quocumque modo iverint et undecumque venisset fuerit. Et quod nulla persona audeat extra

districtu ciuit castelli extra oua . caseum . pullos . ligna . palos . siue paleas . spigas .
vel glandes . et qui contra fecerit soluat coi pro banno quadraginta sol den . Et quilibet possit accusare
et denuptiare contra facientes et prohibita portatis auferre et habeat medietatem banni et
omnium que portauerint . et alia medietas sit cois . Item dicimus quod nulla persona ciuitatis
vel comitatus audeat vel presumat emere . vel emi facere in comitatu ciuit castelli . bladum aliqua
causa extrahendi ipsum extra districtum dicte ciuit . et qui contra fecerit soluat coi pro banno
uigintiquinque libr den . pro qualibet vice . et quotiens deliquerit . et plus et minus arbitrio
dni potestatis inspecta et considerata persona . et qualitate bladi . Et quilibet intelligatur
emisse bladum causa reuendendi cuius inuentum fuerit in sua domo . vel alibi bladum .
nisi quod necessarium fuerit pro se et familia sua usque ad kal augusti . nisi habuisset .
bladum de terra sua propria . vel conducta vel suis redditibus . et quilibet possit accusare et denun
ptiare et habeat medietatem banni . Et nulla persona masculus vel femina vel aliqua
comunitas . vel collegium . clericus . vel laicus audeat vel presumat receptare .
dictum bladum non dare eidem auxilium consilium vel fauorem alicui facienti . et qui contra fecerit
condempnetur per dictum dnm potestatem in dicta pena et banno . Et nulli liceat dictum frumentum
seu bladum in contrata vel ecclesia . aliqua . vel monasterio vel loco religioso . palatio seu
domo . vel alio loco qui sit in ciuit nisi tempore estatis in area . et postea teneatur aportare
ad ciuitatem . et qui predicta non fecerit vel in aliquo predictorum contra uenerit soluat dictum .
bannum et quilibet possit accusare contra facientem . et habeat medietatem banni . Et predicta possi
nt per duos testes . et per confessionem venditoris probari . Et in hoc non teneatur ven
ditor ad penam supradictam . et per publicam famam dicentes dictum bladum esse emptum vel recep
tatum . et hec probatio sufficiat et plenum sortiatur effectum . Et hoc capitulum sit precisum
et truncum et nulla possit impetratione recipere per consilium secretum spale vel generale
vel arengam . et factum constituatur uinculo teneant hoc capitulum in statuto facto non ponere
et non mutare nec aliquid decretum vel capitulum quod in aliquo huic obstet ponere . Et potestas
hoc teneatur obseruare et obseruari facere . et si non fecerit soluat de suo feudo . centum
libr den et deueniat in coe . Item quod nullus molendinarius presumat extrahere de ciuit
castelli aliquod bladum . nisi causa macinandi . et reportandi farinam in ciuit . et qui contra fece
rit puniatur in decem lib den . et priuetur offitio molendinarii . inde ad decem annos
et quilibet possit accusare et habeat medietatem banni . Item quod nulla persona audeat vel
presummat portare bladum siue farinam per comitatum ciuitatis de una villa
ad aliam . seu de domo vel loco . ad alium locum vel domum . nisi de ciuit extra sine

que superaret uel remaneret in una die in bancho seu macello reponere seu deferre ad dictum macellum siue banchum die sequenti seu aliam post primam. nec recondere in aliqua domo seu camera propria uel conducta. uel gratis concessa iuxta dictum macellum uel banchum per sex domos pena et banno decem librarum. Et hoc locum habeat de mense Junii. Julii. augusti et setembris. Et potestas teneatur facere elligi duos offitiales per qualibet porta per priores populi qui pro tempore erunt qui teneant accusare et denumptiare contra facientes. et habeant medietatem bapni. et alia medietas sit comunis. et teneant eorum nomina in secreto. Et potestas teneatur toto tempore sui regiminis omni ebdomeda ad minus inquirere super omnibus capitulis constituti que contra dictos macellarios modo aliquo loquerentur. et habeant medietatem penarum quas uenire uenire fecerit in comuni Et hoc bapmatur per ciuitate ut melius stat

De macellariis scorticet scrofas - capitulum CLVIII

Item dicimus quod omnes macellarii ciuitatis castelli teneatur et debeat per se uel alium a kalendis Junii usque ad kalendas ~~octobris~~ decembris excoriare scrofas. et eas excoriatas uendere tamen sine cute. et non aliter. Et teneant carnes cuiuslibet bestie non uendere pro aliis carnibus. et interrogati unde sint carnes teneant et debeant respondere et dicere ueritatem. Et non teneant castratinas in uno et eodem bancho cum carnibus yrcinis. uel caprinis seu berbecinis. Nec teneant carnes porcinas ad uendendum in eodem bancho. cum carnibus scrofinis. Nec carnes uitellinas de lacte seu que tenent dentes lactaiolos. cum aliis carnibus bouinis. in uno et eodem bancho. Et quicumque contra fecerit soluat comuni pro banno decem libras denariorum per qualibet uice. Et quilibet possit accusare et denumptiare contra facientes et habeat medietatem banni. cuius banni medietas sit comunis. et alia accusantis. seu denumptiantis. et eius nomen teneatur in secreto.

De porcis granellosis capitulum CLVIIII

Firmamus quod si porchus inuentus fuerit granellosus postquam emptus fuerit in ciuitate castelli uel eius comitatu per equali portione emptor. et uenditor comuniter dapnum porci debeant substinere. si infra quinque dies proximos postquam fuerit occisus. emptor denumptiauerit uenditori. et dominum ipsius quod fuerit granellosus aliter sibi imputet in totum. cuius carnes non possint macellari in macello uel alibi. pena uigintiquinque librarum.

De non claudendo banchos macelli capitulum - CLX.

Ordinamus et dicimus. ad hoc ut macellarii fraude in carnibus committere non possint quod nullus macellarius habeat uel habere possit aliqua claudenda ad bancham de assidibus. uel de storiis. uel panno. uel facere sub bancho cassam uel claudenda ad pena. Centum solidorum denariorum. Et si qua claudenda sunt uel fiunt teneantur ipsam remouere.

Tonello

ad dictam penam. De carnibus castratinis non tenendis in frustris capitulum. CLXI

Item statuimus et ordinamus quod nullus macellarius possit vel debeat carnes castratinas quas venderet tenere in bancho in petiis seperatis a capite, ut cuilibet appareat de quo animali sive castrone sint carnes. et nichilominus teneantur vendere de dictis carnibus in eo loco in quo petitus fuerit ab eis pena viginti solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice. auferenda cuilibet contrafacienti et teneatur eius nomen in secreto.

De carnibus castratinis seu aliis morticinis non vendendis. capitulum. CLXII

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat vendere nec vendi facere infra muros civitatis vel castelli aliquas carnes mortacinas vel infirmas. et quicumque contra fecerit solvat communi pro banno viginti quinque libras denariorum pro qualibet bove et porco. et pro qualibet alia bestia decem libras denariorum. Et quilibet possit accusare et denumptiare et habeat medietatem banni et teneatur eius nomen in secreto. Item quod noster dominus potestas qui est super ex ordinariis teneatur qualibet ebdomeda ad minus facere inquisitionem de omnibus et singulis supradictis capitulis loquentibus de macellariis. et contra macellarios et vendentes carnes recentes ad minutum et si invenerit aliquem in aliquo contra facere condempnet eum in penis et bannis in supradictis capitulis loquentibus contra macellarios et vendentes carnes recentes contentis. Et de predictis commissis contra predicta capitula stet et credatur relationi unius vel duobus ex familiaribus domini potestatis. Et si predictus potestas non fecerit observari perdat de suo feudo quinquaginta libras denariorum. et predictum capitulum sit precisum et tamen et mutari non possit

De macellariis non proiciant ossa nec conpanaticum in macello capitulum. CLXIII

Ordinamus et dicimus quod macellarii sive becharii dicte civitatis non proiciant per se vel alios ossa conpatias vel putredinem in macello. vel in strata publica nec in tretorio macelli nec exonerari facere ibi aliquid animalis. nec intus ficere per se vel alios aliqua occasione. nec extra ante ecclesiam sancti pauli et quicumque contra fecerit solvat communi pro banno viginti solidorum denariorum pro qualibet vice. Et non debeat gomfiare nec aucture aliquem caprettum. Agnum castronem. montonem. seu pecudem aliquam vel aliquas alias carnes cum hore vel canello vel alio modo per se vel alios pena quadraginta solidorum denariorum pro quolibet castrone. capra. pecude. capretto. agno. vel yrcho. et centum solidorum pro qualibet manca vel bove. et in predictis casibus dicto cuiuslibet denumptiatis credatur. cum iuramento et eius dictum teneatur in secreto et habeat medietatem banni. Salvo quod predicti macellarii possint scorticare in macello. capretos agnos. lepores ad eorum voluntatem sine aliquo banno dum modo sanguinem colligant in bregnio. Et teneantur macellarii tergere et tergi facere sive spaççare totum macellum usque ad murum sancti. et ad domum Mathei abadenghi. quatuor vicibus in mense. scilicet qualibet die sabbati. et etiam spaççari facere viam que est inter macellum et ecclesiam sancti pauli. et spaççatura et mondatura portari facere extra a longe ita quod fetorem non sentiant homines qui sunt extra macellum. et venientibus ad vendendum carnes et emendum

Addentes statuentes et ordinantes quod nullus macellarius in eodem banco vendat vel retineat carnes pecudinas capinas vel alterius animalis cum carnibus castratinis. Sed ipsas carnes castratinas per se solas et separatas ab aliis de carnibus prefatas dumtaxat exceptis in uno banco retinere ac vendere pena contrafacienti vice qualibet Centum solidorum denariorum auferenda de facto absque condempnatione et scriptura per officium domini potestatis tam ex suo officio quam ad denumptiationem et notificationem alterius et quod offitium domini potestatis in eius iuramento teneatur qualibet die qua carnes venduntur semel examinare et examinari facere et delinquentes punire ut dictum est supra. De quibus temporibus sindicatus non possit inquietari vel in ratio aliquo molestari.

Pena et bannum

pena et banno Centum ß. den. pro qualibet eorum. et teneantur fieri facere consules dictorum bettariorum
pena. Centum ß. den. pro quolibet. Et quilibet macellarius dicte debeat unum bregnum in macello
causa colligendi sanguinem et non extra. et qui contra fecerit soluat pro banno decem libr. den.
Item dicimus quod macellatores predicti de mensibus madii. Junii. Julii. augusti. et setebris teneantur
et debeant decoriare bestias pro eos uendendas pro diebus dominicis uel festiuis tantum
die sabbati uel uigilia dicte festiuitatis et ipsas carnes ante tercias die sabbati. uel ui
gilie dicte festiuitatis. et ipsas carnes ante tercias die sabbati uel uigilie festiuitatis
et non ante uendere possint ipsas carnes pena decem libr. contra facienti qualibet uice et
pro quolibet contra faciente de predictis.

De scrofis et uerris non tenendis in ciuitate capitulum. CLXIIII

Affirmamus et dicimus quod nullus de ciuitate castelli uel comitatus seu aliunde tenere possit
in ciuitate scrofas filiatitias seu uerres palam uel occulte. pena uiginti ß. denar.
pro quolibet et qualibet uice.

Quod nulla persona uendat pisces tabernariis capitulum. CLXV.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona uendat uel uendere possit uel presumat aliquos
pisces causa reuendendi. Et omnes persone pisces uel aues uendentes teneantur
et debeant ipsos uendere in stratis et plateis publicis ciuitatis et non domibus uel aliquibus
aliis locis. Et qui contra fecerit condempnetur tam emptor quam uenditor per potestatem ciuitatis castelli
in Centum ß. den. Et quilibet possit accusare et denumptiare et habeat medietatem banni et credatur
ei dicto cum uno teste. et predicta publice bapniantur omni mense. Item quod nulla persona abomi
nabilis uel que hominibus tedium uel fastidium generaret audeat perdices uel res
comestibiles portare ad uendendum per ciuitatem pena uiginti ß. den. pro qualibet
uice. Et de predictis omnibus potestas possit inquirere. Saluo quod hoc capitulum uenditori piscium
de tiberi non preiudicet. Item uolumus quod tam ciues quam forenses uolentes uendere
pisces in certo loco teneantur uendere. scilicet in macello et non alibi. pena. Centum
ß. den. Et uendentes pisces teneantur dare. scilicet illos de flumibus. duodecim uncias
pro quindecim den. ad plus. Saluo quod tempore quadragesime possit uendere libram usque
in decem et octo den. ad plus. pena. Centum ß. den. pro qualibet uice et quilibet possit accusare et
et denumptiare contra facientes et habeat medietatem banni et teneatur ei nomen in secreto.
Item quod quilibet tam ciuis quam forensis tam bettharius quam quilibet alius possit et ei liceat pisces
uendere in dicta ciuitate impune. et quod nemo possit uel audeat emere in dicta ciuitate uel comitatu
pisces causa reuendendi eos crudos sub dicta pena. Item quod nulla persona possit

aliquibus diebus extra portas civitatis in aliquibus locis longe vel prope infra duo miliaria
stare ad portas ad emendum pullos. caseos. vel ova. agnos. capretos. vel alias
res mercantie. et qui contra fecerit faciendo predicta causa revendendi vel alio modo
de hiis que deferuntur ad civitatem spetialiter die fori. nisi in locis ordinatis ad
forum. Et siquis contra fecerit puniatur in centum solidis pro quolibet et qualibet vice. Et cuilibet
liceat accusare et denumptiare et habeat medietatem banni. Item quod nullus brusolarolius
possit diebus sabbati emere pullos. ova. vel caseum in platea vel alibi usque ad nonam
sub dicta pena et cuilibet liceat accusare ut supra et bapniatur et ponatur officialis scilicet unus pro qualibet porta.

De offitiales deputati ad ponderandum bladum et farinam capitulum. C·L·X·VI

Statuimus quod offitiales deputati ad ponderandum bladum et farinam continue per se ipsos ex
erceant et exercere debeant eorum offitium. et non dimictant aliquem alium ponderare
quin ipsi met semper intersint et debeant tenere secretam quantitatem ponderis. ita quod debeant
molendinarii nichil sciant. Et quicumque contra fecerit condempnetur in quadraginta solidis pro quolibet et qua
libet vice. et cuilibet liceat accusare et habeat medietatem banni et teneatur nomen in secreto.

De molendinarii et offitiales molendinorum et que facere debent capitulum. C·L·X·VII

Volumus et ordinamus quod potestas faciat poni primo mense sui regiminis quatuor notarios de civitate
Ypolitana scilicet de qualibet porta unum. de illis qui non sint in ca(m)pagnie vel alias notarii communis ad
nova offitia. qui sint offitiales super molendinarios. Et faciat potestas quod omnes ex suis notariis
primo mense sui regiminis convocet ante se omnes molendinarios et eos iurare
faciat observare ea que tenentur ex forma alicuius capituli constituti bona fide sine fraude et
legaliter observare et operari. Et dicti notarii eligendi in dicto offitio molendinariorum scilicet quilibet
in porta sua habeat medietatem banni et alia medietas sit communis. et non possit facere dicti offitiales
aliquam condempnationem sine consilio iudicis domini potestatis. Et siquis notarius vel molendinarius commisit frau
dem in dicto suo offitio solvat communi pro banno quadraginta solidos denariorum pro qualibet vice. Et predicti notarii
domini potestatis teneatur primo mense sui regiminis facere iurare omnes molendinarios civitatis et comitatus
et eorum famelliares per se vel alios qui pro tempore fuerint pro eis quod non fraudabunt ipsum granum bla
dum vel farinam et non combiabunt. et quod custodient eam bona fide. et quod molent omnibus
hominibus civitatis et comitatus quorum bladum portabunt et eorum qui ad eorum molendina bladum mictent
vel portabunt. Et quod nichil accipient de staio nisi de sedecim coppos unam. et non plus.
et illis quorum bladum portabunt ad macinandum illud cum mesura quam recipient restitu
ent. Et illud bladum quod molendinarii vel eorum famulie. sive nuptio. in molendino vel
alibi ubicumque assignantibus teneatur restituere vel farinam ipsius bladi. vel emendare



quod minus erit dno ul dne. et no fraudabunt dnos molendini ul dne. stataticum
set ipo staratico respondebunt. et illud assignabunt in totu & nichil accipiet p se ul
aliu pcio ab aliqua psona pter staraticum supdtm causa molendi dni bladum in ex
tate illud obsuabunt sine malitia & no pmictet aliquem custodire molendinu qui oia
sup scpta & ista scpta no iuraverint obsuare & face. et q recipiet granu ad rasum
et restituet ad corente farina & pesili p se ul eor nuptiu. ul famchare. & q
faciat msurari granu et ul eis psentib & oe aliud bladu. et sic msurabunt farina
in restitutioe. & sic restituet ea si voluint dns ul dna bladi. et q ipi no equitabunt
sup blado ul farina alicui a molendinis ul molendino. ad domu dni ul dne per
civit ul extra. Et q oes & singli qui p tpe fuerit ad custodia alicui molendini te
neantur granu & bladu mesuratu defere & apoztare ad domu dni ul dne fari
nam & debeant mensurare ad corente ul pesili & suis ppijs manib faciat mo
lendinarius mesurari bladu & farina tpe receptiois & restitutiois & no psu
mmant aliq pciu accipere aliquo modo. & q in totu obsuabunt oia que in caplo
eor offitij otinet tam imensurando bladu ul farina receptu ab eis ul ponens
eos depositioe in molendino ul alibi. q in oib artlis singlarit p ordine obsuado
et sigs gt fecerit in aliquo pdcoz solvat pbanno dece s. & quot gt fecerit. Et nullus
dns ul dna alicui molendini p se ul aliu recipiat aliqd aliud pt staraticu q est
sup ocessum causa molendi bladu & deferendi ad molendinu ad dcam pena. Et
teneat potas tales dnos ocpelle q dicat & manifestet si scinerit aliquem mo
lendinariu aliu molendinu mictere ul inducere loco sui iurare debeat i contine
nti salutate bladi & farine. & oia face q in caplo otinetur. q si no fecerit tene
atur auferre ei pbanno potas. dece s. dn. Et q qcumq̄ ïposita fuit querela
cora offitij sive poste p dapno sibi dato a molendinario teneatur offitialis dapnum
face emedari dns seu dne sine aliquo iuramto. & auferro tali molendinaio dece.
s dr. & quot gt fecerit & quoties fuit qt querela ïposita cora eis. et si molendin
arius noluit ipe ul ei nuptius emedare dns ul dne fustiget p civit tamqm fur
& latro. Et si aliqua psona que dederit ad molendinu granu ul bladu & recepit
ad maiore mesura q dederit puniat & odepnet in viginti s dr pqualz vice. Et sigs
custodiuerit molendinu postqm fuit regstus exptc sui offitialis q veniat adiu
randum solvat pbanno coi qnqz s dr & quoties gt fecerit ante iuramentu
post regstione de eo fcaz exptc offitij. & scribant molen dinarij quando

iurabunt ut sciat quod eorum iuravit. et quod non. et de iur. eorum nil accipiat. Notarii vero et officiales teneant. scilicet quilibet eorum in porta sua. signare sive signari facere coppas cum quibus molendinarii accipiunt staiaticum. et habeant pro qualibet signatione coppe. quatuor denarios et non plus. Et notarii et officiales habeant similiter quatuor denarios pro quolibet mulinadinario / et sint dicte coppe de ferro signate armis domini potestatis. et ipsas coppas teneant molendinarii et non alias ullo modo sub dicta pena. Et licitum sit cuicumque de civitate et comitatu qui dederit bladum alicui molendinario sua auctoritate sine pena legis et constituti auferre et auferri facere mulinadinario asinum suum et retinere donec emendaverit sibi dampnum. et ad hoc ut bladum vel farina non vastetur teneat habere semper super somariis bardilionem seu coptorium. Et teneant ipsi molendinarii pro se et eorum familias pro dicto notario domini potestatis fideiussores dare de decem libris denariorum de suo officio bene et legaliter exercendo et de preceptis faciendis. Item quod potestas teneat singulis mensibus inquisitionem facere super molendinarios et eorum familiares et condempnare quos culpabiles invenerit. Et quod in aliquo molendino plurium personarum possit non mitti nec stare aliquis molendinarius nisi de voluntate consortium vel duarum partium ipsorum et qui steterit vel eum miserit puniatur in centum solidis denariorum.

Quantum debeant accipere molendinarii pro mol. capitulum. CLXVIII

Item statuimus quod pro bono et utilitate communis quod cuilibet mulinadinario sit licitum accipere pro molitura cuiuslibet bladi. ad rationem quinque librarum farine pro quolibet centonario. et ultra vel aliter accipere non possint. pena. decem librarum denariorum pro qualibet vice. et quilibet sit faciente. Et potestas bapniant infra decem dies post introitum regiminis potestatis. Et nichilominus semel bapniat post confirmationem statuti infra quinque dies. et super preceptis ponat custodes celati quorum sacramento credatur et habeat pro plena probatione et habeat quartam partem banni et nomen teneatur in secreto. Et de preceptis potestas ignorat. et habeat quartam partem totius quod fecerit de venditione in communi. Et molendinarius teneatur restituere farinam.

De pena tabernariorum vendentium vinum ad minutum capitulum. CLXVIIII

Statuimus quod pena tabernariorum et vendentium vinum ad minutum quando non daret folietam vel mezettam seu petitum plenum sit quinque solidorum denariorum pro qualibet vice Et possit et eis licitum sit habere et tenere iuxta hostium de ferro. et in eo tenere vinum aliud vas magnum cum vino ad implendum mensuras venales sigillatas tenere debeat super dicto desco colcatas sive iacentes et vacuas. hoc tamen semper reservato quod in bona taberna non possint vendere nisi vinum cum vasis signatis sigillatis. Et quod quilibet taberna[rius] vinum habere debeat ad minimum duas folietas. duas me-

mezettas. ⁊ duos petittos in Ciuitate. ⁊ i comitatu una folietta. una mezetta
et uini petittu admin[us]. Et q nemo audeat furari ul subripere aliquē ozcium
petictu sigillatu ul aliquē cietu ul bectherium. ul studiose frangē aliqua mesura
sigillata. ul nō sigillata pena dicti facienti pro qualibet mesura sigillata quadraginta.
s. d. et pro qualibet mesura nō sigillata quinque s. d. et pro quolibet cieto seu bectherio
uiginti s. auferenda. Et q nullus uendens uinū tenēre debeat ad tabnā sua
nisi coppos argenteos. ul cietos uitreos. sub pena uiginti s. d. pro quolibet ⁊ qualibet
uice. Et q nō teneant aut tenēre possint bigoncias ad uendite sub dicta pena
Et q nullus bailitor possit eē custos celatus. nō possit deinuptiare aliquem
tabnarium. ul uendentē ul uendi facientē uinū de aliquo delicto. Et q
custodes celati qui fuerint deputati ad denuptiandum tabnarios ⁊ uendentes uinū ad
minutu sint idonei ⁊ fide digni. Additu ē huic caplo q uendentes uinū ad me
nutu in dicta ciuitate habeant ⁊ habere debeant a dnō uini uiginti. s. d. pro qualibet ogio.
et nō ultra. Et teneant ipi uendentes dnō uini assignare ⁊ dare monetam
quam fecerint ex dicto uino. Et de predictis potius ingrere possit ⁊ debeat. ⁊ habeat
quartam partē eius q puenire fecerit i com. Et q dicti custodes celati eligant pro
duos priores ipse. ⁊ eorum noīa ⁊ pronomina scribant in libro cōis. ⁊ aliter ul palium
modu eligi nō possint. ⁊ si quos g. dictam forma fuerint electi nō ualeat nō teneat nec
habeat pro custode in aliquo casu. ∴ desolu.

De pena portantiu uinū de extra ciuitate caplm. CLxx

Prouisum ⁊ ordīs ē q nulla psona ciuitatis ul comitatus nō aliunde audeat apoztare
in ciuitate ul comitatu castelli ul apoztari facē pse ul aliu uinū forense de
loco aliquo extra comitatu castelli. et quicumque qui fecerit perdat q apoztauit et
ultro pro qualibet uice ⁊ qualibet salma. condepnet in decem lbr ⁊ quilibet possit accusare et
habeat medietatē banni ⁊ teneat ei nomen i secreto. et q custodes portarum
nō pmictat intrare eos i ciuitate. ⁊ igrat potius de predictis quot uise. ⁊ ī predictis
predicta bapni faciat. Saluis reformationibus factis pro dnm cōe i predictis ⁊ etiam predicta.

De clibanariis. ⁊ que facē debent caplm. ⁊ CLxxi

Item dicimus ⁊ ordīs q oēs fornarii ⁊ fornarie ciuitatis teneant ad petitioem
quibuslibet petentis. furnu exibere ⁊ dare ad coquendum debitu. ⁊ panē bene
stagionare ⁊ choquere facē dnm ⁊ dnam adiuuare deponē faciendu ⁊ aplana
ndum ⁊ portari facē ad furnu. ⁊ a furno postquam erit coctus ad domum dnī ul

dne expensis fornacis. Et teneantur hii fornarii in domo in qua est furnus ma
cerem in qua mictant panis quando portatur, et de furno trahatur. paiolum et aquam.
volentibus ad eorum furnum panem facere dare teneantur omnes et singuli ita quod propter eorum
panis defectum non patiatur. Et si quis fornariorum vel eorum servientium contra fecerit solvat
pro banno quadraginta solidos denariorum pro qualibet vice. Et non permictat quod domina panis vel eius
familia vendat eis vel alicui alteri farinam vel panem sine domini voluntate ad
dictam penam. Et si panis postquam missus fuerit ad furnum destrueretur vel deterio
raretur quod illud emendare debeat domino vel domine panis incontinenti. Item quod ipsi
fornarii per se vel alium pro quolibet staro panis et pro lignis paiolo et aqua pro dicto nomine
fornatici non possint accipere nec accipiant ultra decem et octo denarios pro quolibet staro ut
dictum est. pena quadraginta solidorum denariorum. Et cuilibet sit licitum accusare contra facientem
in quolibet predictorum et istorum casuum. et habeat medietatem banni qui accusavit. et stetur
sacramento accusantis. Et si quis fornarius vel fornaria propter parvum fornaticum
vel aliqua alia causa recusaverit panem facere ut dictum est quando petitum fuerit et
alia predicta non observaverit solvat pro banno pro qualibet die qua distulerit facere et coquere ut
predictum est. viginti solidos denariorum. Et de hoc stetur sacramento eius qui petierit. et cuilibet
alterius denuptiantis et habeat medietatem banni. Item dominus ex nostri domini potestate
postquam eius offitium incepit exercere facere teneatur venire et iurare fornarios et
fornarias et eorum servientes predicta omnia observare et eorum offitium legaliter exercere et
facere. et nichil accipere aliquo modo. nisi predictos decem et octo denarios pro fornaticho et
pro quolibet staro. et etiam ab ipsis servientibus furnum ducentibus accipere fideiussores centum
solidorum denariorum de predictis observandis. Item quod quilibet furnus habeat caminum ita quod fumus habeat
exitum et alicui impedimentum non prestet. et si fuerit repertus sine camino solvat
dominus vel domina illius furni comuni pro banno centum solidos denariorum. dum tamen potestas faciat an
bannum publice ire quod quilibet faciat caminum in furno suo infra terminum assignandum
per eum. Item quod potestas teneatur quolibet mense sui regiminis facere inquisitionem
contra fornarios et fornarias civitatis et eorum servientes si bene exercent eorum offitium
et delinquentes condempnare secundum formam dicti capituli. et ad predictam inquisitionem faciendam
sub debito maiori sit modo teneatur.

De panicocolis capitulum C.lxxij

Ordinamus et dicimus quod omnes panicocole et panem vendentes in platea comunis vel
alibi teneantur et debeant tenere tobalias albas super pane et teneant

roccas. siue filios qui lactent. Idem dicimus de uendentibus poma et alias res quaslibet
comestibiles. et habeant discum in quo teneant panem i(n) canestro. pena et banno. quinque s(olidorum)
den(ariorum) pro qualibet uice qua contra fecerit. ¶ Item quod omnes et singule panefacole et panem. poma. olera
et quaslibet alias res comestibiles uendentes stare possint et teneantur in platea communis
extra porticum. et stillicidia domorum que sunt in platea communis ita quod equites et pedites tran
seuntibus nullum prestet impedimentum ad penam viginti s(olidorum) den(ariorum). et distent eorum sunt trium
semissium et non plus et in stratis publicis ciuitatis et non plus. siue pena et banno. Item
quod panicocole et quilibet uendens panem teneatur et debeat tenere super canestro panis
quendam baculum album cum quo omnes tangant panem. seu panes. quos uoluerint uendere
sed ipse emens nullum panem tangat nisi cum baculo. nisi emerit et soluerit eum. nisi contra dicta pa
nicocola pena et banno. quinque s(olidorum) den(ariorum). Et si predicta panicocola predictum baculum non tenu
erit ut dictum est. soluat communi pro banno pro qualibet uice quinque s(olidorum) den(ariorum). ¶ Item quod omnes uendentes
poma et olera et panem. uel salem non debeant per se uel alium uocare. nisi uocatum fuerit
aliquam personam dicendo quod ipsa uadat ad eam emptura potius quam ab alio. uel comedet
rem suam potius quam alterius sed ex. siue aliena ad penam quinque s(olidorum) den(ariorum). Et omnibus sit licitum
accusare et habeant medietatem banni. et teneatur denumptiantis nomen in secreto. ¶ Item
quod nulla mulier possit ire filando cum rocchis per ciuitatem castelli extra domos eundo
per stratas siue uias. et si qua contra fecerit condempnetur communi in quinque s(olidorum) den(ariorum). et quilibet possit
accusare et denumptiare et habeat medietatem banni. et nomen denumptiatoris in secreto teneatur.
Et hoc capitulum banniatur per ciuitatem primo mense regis potestatis.

De sartoribus et quid facere debeant —— capitulum CLXXIII.

Statuimus quod sartores teneantur reassignare pannos eis datos ad suendum completos
inde ad decem dies proximos. et ante si comode poterit. et non possit nec debeant petere
uel recipere repe. uel colectas. nec denarios pro eis. sed solum petant et recipiant a domino
qui fecerit uel si fecerit postitura et prepe. et colectis iustum pretium et salarium declaratum
et promissum per eos. et debeant esse in concordia ambe partes de pretio antequam
incipiant forfices ad incidendum ad incidendum dictos pannos ad penam centum s(olidorum) den(ariorum).
pro quolibet contra faciente et qualibet uice. et banniatur per ciuitatem singulis mensibus. et cuilibet
sit licitum accusare et denumptiare contra facientes et habeat medietatem banni et eius nomen
teneatur in secreto. Et hoc capitulum debeat poni seu poni facere in breui artis sartorum
per consules dicte artis





Qualiter custodiri debeat quod ygnis non accendat. capitulum CLXXIIII

Provisum et ordinatum est quod quelibet persona custodiat et actendat taliter quod ygnis non accendat in sua domo vel aliena in qua habitaret ad penam decem librarum denariorum.

Quod nulla persona mictat ygnem in aliqua domo. capitulum CLXXV.

Item provisum et ordinatum est quod nulla persona immictat ignem in aliqua domo sua vel aliena vel in aliqua capanna, palleario vel aliis rebus similibus in civitate, castellis vel comitatu vel in aliquo castro ipsius civitatis ad penam arbitrio domini potestatis et domini sindicis maioris inspecta qualitate facti et conditione persone.

Quod quelibet persona cooperiat ygnem. Capitulum CLXXVI

Item provisum et ordinatum est quod quelibet persona debeat coprire ygnem de bono copritorio aut astinguere ingnem quolibet sero quando pulsatur campana grossa comunis ad martellum quinque mactellis ad penam centum solidorum denariorum. Salvo quando persone starent ad vigilandum ad dictum ygnem.

Quod nulla persona retineat linum in domo sua. capitulum CLXXVII

Firmatum est quod nulla persona retineat linum non inceliatum vel vispam in dicta civitate in sua domo ad penam viginti solidorum denariorum. Et quod custodes portarum non permictant aliqua persona mictere linum in civitate vel vispa. Et quilibet possit accusare contra facientes et habeat medietatem banni et eius nomen teneatur in secreto et credatur iuramento denumptiantis.

Quod hospites teneant lanternas. capitulum CLXXVIII

Item ordinatum et provisum est quod omnes hospites teneant et debeant habere lanternam clausam cum qua portetur lumen in stabulo et aliis locis ubi erunt palee. Et aliter lumen portare non possint nec debeant nec portari faciant ad penam viginti solidorum denariorum.

Quod magistri lapidum et lignaminum vadant ad ygnem. capitulum CLXXVIIII

Item provisum et ordinatum est quod omnes et singuli magistri lapidum et lignaminum de civitate et omnes illi qui ordinati fuerint occasione ygnis qui ordinari debeant pro duos porcos singulos sex mensibus infra octo dies post introitum regiminis potestatis in numero viginti quinque pro porta teneantur et debeant ad sonum campane sqhille palatii domini potestatis pulsantis ad defesa ire et (?) qui cum armis ordinatis contineri ad ygnem et domus que comburerentur extinguendum dictum ygnem ad penam viginti solidorum denariorum. Et quod nulla alia persona vadat nec accedat ad dictum ygnem ad penam decem librarum denariorum. Et omnes alii homines exceptis custodibus portarum et posterarum teneantur et vadant ad palatium comunis ad dominum potestatem et ad domum duorum porcorum cum eorum armis ad penam arbitrio domini potestatis et porcorum ipsi auferenda. Et si quis de civitate castelli vel forensis ad aliam curiam iverit vel inverit puniatur et condempnetur in quinquaginta libris denariorum per dominum potestatem. Salvo quod possint ire ad dictum ygnem consanguinei illius in cuius domo esset dictus ygnis aut devastaret occasione ygnis usque in quartum gradum et domorum que erunt prope

III

dictam domum per quinque domos. Et vicini circha ipam domu per viginti domos. et mulieres illi
porte in qua esset ygnis ad portandu aquam. et ad portandum res que defendarent et stam
parent ab ingne.

Quod nulla psona portet res que stampant ab ygne. capitulum. CLxxx.

Item ordinatum et provisum est. quod nulla psona portet aliquas res que defendaretur et stamparet
esset ygnis ab ingne nisi ad loca ordinata ad ponendu dictas res. ad penam arbitrio dni potestatis
auferendam. Et custodes portarum teneantur et debeant capere omnes illos qui portaret dictas res ad alia
loca ad pena. Centum s. den.

Quod res que stampant ab ygne custodiantur. capitulum. CLxxxi

Item provisum et ordinatum est quod omnes illi qui ordinati et positi fuerit ad custodia dictarum rerum que defen
darent et stamparent ab ygne. teneantur et debeat stare sollicti et atenti ad custodia
ipsarum ad pena quadraginta s. den. Et quod nullus ipsorum custodum committat fraude in dicta custodia
ad pena arbitrio dni potestatis auferenda. Omnes custodes esse debeat numero viginti de numero
illorum viginti quinque per porta. qui tunc debent ad dictum ygne cum magistris lapidum et lignaminum.

Quod nulla psona offendat aliquem tempore rumoris. capitulum. CLxxxii

Item provisum et ordinatum est quod nulla psona tempore alicuius rumoris offendat aliquam psona ad
penam arbitrio dni potestatis auferenda et sindicatus maioris.

De stampis retinendis. capitulum. CLxxxiii.

Item provisum et ordinatum est quod quelibet capitantia civitatis et homines cuiuslibet capitantie in qua esset
puteus comunis teneantur et debeant habere ad dictum puteum stampam lapidum ad modum aliarum
ad pena Centum s. den. Et quod capitaney dictarum capitanearum teneat dictas stampas plenas
aqua. ad pena quinque s. Item quod capitaney capitanearum teneantur et debeat dictas stampas lavare
re et reimplere singulis octo diebus tempore extivo. et quolibet mense tempore yemali sub pena
predicta pro quolibet. et qualibet vice.

Quod non ... ygnis per Civitate. capitulum. acendat CLxxxiiii

Item quod nulla psona ducat quod ygnis acendat in civitate. ad pena viginti s. den.

Quod nulla psona portet per civitate ygnem. capitulum. CLxxxv.

Item provisum et ordinatum est quod nulla psona portet per civitatem nec porrigat ygnem de una
domo ad aliam. nisi in pignatte vel vase. ad pena decem s. den.

Quod domus destruatur esset ygnis. capitulum. CLxxxvi.

Item provisum et ordinatum est quod predicti magistri lapidum et lignaminum. una cum dictis viginti quinque
hominibus per porta. et sine eis tunc quando aliqua domus comburerent debeant et

et possint libere ⁊ ipune deuastare ⁊ destruare una ul plures domos que sunt ·
iuxta ul prope domos ul domu que cburreret ad cstringendu ⁊ choercendu dcm ·
ygne. ⁊ ad hoc ut dcs ygnis alias domos nō cburat. Et domus que destruerent occ
pdca debeant emedari ⁊ satissieri illis quoꝝ sunt de pec. dci cois sm extimatione
fienda p duos pores ppli cu csilio sexaginta dci cois. ⁊ duos magistros. Unu lignamin
altum lapidu p ipos eligendos. que extimatio fi debeat infra terciu quatuor mses
tuc px venturi. ad pena. qnquaginta lbꝝ dn. Et dcas domos resice teneant infra
dcm terminu. ad dcam pena. qua satisfactioē ⁊ emendatioē. pdci dm potas ⁊ pores
ppli teneant face fieri infra unu mesem post dcam destructione domoꝝ ad penam
centum lbꝝ dn.

Q satisffiat portantibus aqua ad ygne. caplm CLxxxvii

Item prouisum ⁊ ordi e q qcuqz portaret aqua ad dcm ygne hat ⁊ hre debeat de
pecunia dci cois unu denariu p quolibz uase. et si aligd uas tuc pderet. aut de
uastaret ad dcm ygne debeat emedari de pec. dci cois iuramto illius cui fuit. Et dns
potas tuc ea dec. ul sequeti bapnu faciat q oes portantes aquam ad dcm ygnem
et pdentes uasa uadat ad camerariu cois ad faciendu se scribi. Et dcs camerarius
teneat ⁊ debeat incotinenti face dcam solutione aque ⁊ emedatione uasoꝝ sine
aliqua licetia ⁊ pcepto ad pena centu s dn.

Q pdca ordinameta legant ⁊ bapniant caplm CLxxxviii

Item qdrdus prouisu ⁊ ordi e q dns potas teneat ⁊ debeat dca ordinameta ⁊ qlibz
eoꝝ face legi in csilio gnali dci cois. infra octo dies post itroitu sui regiminis
et ⁊ semel singlis duobz msibz sui regis ad pena. centu lbꝝ dn. Et ⁊ teneat dca
ordinameta ⁊ qlibz eoꝝ publice bapni p ciuit singlis duobz msibz sui regiminis
ad dcam pena ad hoc ut deueneant ad notitia singuloꝝ.

De idepmitate ciuiu viroꝝ captoꝝ tpr pacis. caplm CLxxxviiii.

Statuim ⁊ ordi. q si aliqua pa de ciuit ul cotatu castelli. tpr pacis fuit p aliqua
ul aliquos captus in dca ciuit ul cotatu. siue capta fuit. ⁊ facta redimi.
q talis capte psone ⁊ facte redimi. potas teneat ⁊ debeat face satisfiei ⁊ resti
tui de bonis talis capientis. ul capientiu. si iueniri poterut ul hri in ciuit
ul cotatu castelli itegralit qcqd illa capta psona soluerit ⁊ dapnu passa fuit
occ dce psure ⁊ captionis. Et pdca locu hant ad ptes ps ⁊ fut. Et credat de
qtitate soluta p redeptione ⁊ de dapnis passis dca occ. iuramto capti. cu decem

testib(us) de p(ublica) fama. Et illud i(n)telligat(ur) in eo q(ui) d(ic)tam captione(m) ordinavit.

De pax fiat i(n)t(er) cives (et) com(i)tat(inos) de civit(ate) cap(itu)lu(m) CLXXX.

Statuim(us) (et) ord(inamus) q(uod) pro bono (et) pacifico statu civit(atis) castelli (et) com(itatus) q(uod) o(mn)es cives et comitatenses castelli qui hodiu(m) aliq(uo)d i(n)ter se haberet cogant(ur) (et) cogi debeant p(er) d(omi)n(u)m potestatem ad faciendum invicem bona(m) (et) p(er)fecta(m) pacem. et q(uod) de ipsis i(n)imicitiis possit poni a pothiza in tamburio (et) recepta d(ic)ta apothiza d(ic)tam burio teneat d(omi)n(u)s potestas cogere partes inimicantes ad faciendu(m) pacem ista decem dies post(quam) d(ic)ta apothiza recepta fuit q(uod) n(on) fecerit p(er)dat de suo salario centum lib(ras) d(enariorum) que ei ablate e(ss)e i(n)telligant(ur) p(er) p(re)sente statut(o).

De capse posite i(n) palatio eleventur. cap(itu)lu(m) CLXXXI

Item cu(m) capse apposite in palatiis offitialiu(m) c(om)munis ex honesta ca(usa) fuerint posite et sub vestib(us) omnium veniat lupi (et) o(mn)ia mala exempla ex boi(s) iu(ven)ib(us) oriat(ur) (et) oc(casione) d(ic)tar(um) capsar(um) bonus status civit(atis) castelli ceptus posset turbari q(uod) ille capse eleventur (et) nulla inq(ui)sitio possit fieri. quare de capse fuerat posite p(er) in palatio (et) facte.

De bance becharie reducte(n)t(ur) i(n)fra t(er)minos. CLXXXII

Statutu(m) (et) ord(inatum) e(st) q(uod) bance becharie civit(atis) castelli reducant(ur) o(mn)es ad rectum filum i(n)fra t(er)minos becharie (con)stitutos. (et) o(mn)es bance d(ic)te becharie reducantur in d(ic)ta(m) becharia(m) v(idelicet) a capite usq(ue) palatiu(m). (et) q(uod) ibi nullus audeat tene(re) aliq(uo)d banchum (con)fectum. u(e)l in(con)fectum. usq(ue) palatiu(m) co(mmun)is. et si aliquis occhupavit de iurisdictio(n)e becharie p(er)de in via qua itur p(er) mediu(m) becharie usq(ue) s(an)c(tu)m paulu(m). q(uod) dimictat libera (et) expedita s(ecundu)m modu(m) (con)suetu(m). (et) q(uod) nullus audeat tene(re) in d(ic)ta via aliq(uo)d banchu(m) extra t(er)minos. Et q(ui)cu(m)q(ue) (con)t(ra) fecerit (con)t(ra) p(re)d(ic)ta. (com)pliat co(mmun)i p(ro) banno centu(m) s(olidos) qual(ibe)t vice.

De magnates no(n) faciat fortallitias i(n) comitatu. cap(itu)lu(m) CLXXXIII

Statuim(us) (et) ord(inamus) q(uod) nullus ex magnatib(us) civis u(e)l comitatinus possit u(e)l debeat facere in comitatu castelli in aliquo loco u(e)l castro aliqua fortilitia. It(em) q(uod) nullus ex magnatib(us) possit u(e)l debeat in aliquo pasq(u)ate. u(e)l festo conuitare cives ultra numerum duodecim. et q(uod) a d(ic)to numero sup(ra) nullus civis debeat int(er)esse. It(em) q(uod) nullus ex d(ic)tis magnatib(us) possit secum duc(er)e p(er) civit(atem) de civibus nisi (con)tra ... Et q(uod) a d(ic)to numero sup(ra) nullus civis debeat eos a(ssoci)are [illegible] p(er) civit(atem) pena. quinquaginta lib(rarum) d(enariorum). de quibus i(n)trat potestas (et) h(ab)eat medietatem [illegible] pene.

eius quo devenire fecerit in com. dicta de causa. et qlz possit actare et dempniare et hat
medietate bani. et nom ei teneat i secreto.

De guato colligendo capitulum CLXXXXIIII

Statuimus et ord. q quelibz psona civit et comitat vel aliunde teneat et debeat
foleas guati colligere usqz ad kal. octubr. pena vigintiquinqz lbr denar
Et qlibz habens molendinu actu ad macinandu guatu in comitatu castelli tene
atur et debeat extrahere stangam molendini ad mediu mensem octubr. et ipam
non remictere nec remicti facere nisi ad kal. madii venit. ad hoc ut guatu macinari
non possit. sub pena. decem lbr. den. Et q potas q ptpr fiunt depdictis ingre teneat
et possit culpabiles reptos punire et condepnare

Qd nulla psona submictat aliqua iurisdictioni civit. capitulum CLXXXXV

Item statutu et ord. e q nullus de civit vel comitatu castelli audeat vel psumat
ordinare vel tractare submictere alicui com. vel spetiali psone iurisdictione aliqua
alicuius castri vel ville de comitatu. vel aliqd castru vel villam de civit. vel ptinetem
ad dictam civit pena capitis. et q ei bona publicent com. et pdicta oia itelligant etia
de civit. et de consulentib et scribentib et reformatib et baipmat h ordinamentu p
civit. Et q potas possit et debeat ingre depdictis et reptos culpabiles punire.

Qd nulla psona piciat imonditiam ppe aliquam eccliam. capitulum CLXXXXVI

Item stat. et ord. e. q nulla psona piceat. nec picere faciat. iuxta vel ppe
aliquam eccliam de civit castelli. vel iuxta aut ppe aliquem puteu. aliquam
inmunditia sive fimum. aut iectatitiu. p tres cannas. pena dece s. den. Et
q notarius extraord. teneat rimare ppdictis. et culpabiles condepnare.

De portantib arma vetita et eor pena. capitulum CLXXXXVII

Item statuim et ord. q nemo audeat portare p dictam civit aliqua arma
offendebilia vel defendebilia nisi quatenus ei pmictit p forma statuti com. et for
pmissione et reformationem consilii. CL. pplis dicti com. Et q contra fecerit condepnetur
p dnm potatem ipenis istis. vz p spata. vel cultello feritorio. in vigintiquinque.
lbr den. P quadrellecto. vel passatorio. vel falcione. p quolibet dictorum armorum in lbr
quinquaginta den. Et p aliis armis offendebilib quocumqz noie censeantur
in lbr vigintiquinque. den. Et ptabulatio et similib in lbr quinqz den.
Et pdicta arma et qlibz eor perdat que deveniat in com. Et p cervellie
ria corsetto sive pancierea et aliis armis defendebilib p quolibz eor

quocumque nomine censeantur in solidis quadraginta denariorum et arma defendebilia non perdat

De taxatione carnium qualibet mense . capitulum . CLxxxxviii

Statuimus et ordinamus quod domini priores populi una cum consilio .lx. populi dicte civitatis pena librarum viginti
quinque denariorum pro quolibet et vinculo iuramenti teneantur quolibet mense infra octo dies cuiuslibet
mensis taxare et declarare pretia quibus vendi debeant et possint carnes recentes
per becharios et alios eas vendere volentes . et pro quanto pretio recentes carnes ad podus
vendi possint et debeant pro qualibet libra . Et quicquid fuerit reformatum per dictum consilium
